92-2.

Bulla intimationis generalis Cõcilij apud Lateranũ per .S.D.N. Julium Papam ſecundum edita.

In nomine Dñi Amen. Nouerint vniuerſi & ſinguli hoc preſens publicum Tranſumptum inſpecturi ꝙ nos HIERONYMVS de Ghinucciis Canonicus Senen. V. Iu. Doc. Curie cauſarũ Camere Apo. generalis Auditor: habuimus vidimus & diligenter inſpeximus litteras Aplicas Sanctiſſimi in xpõ patris & domini noſtri domini Iulij diuina prouidentia Pape Secundi infraſcripti tenoris eius vera. Bulla plumbea cum cordulis ſericeis rubei croceiq; coloris more Ro. Cu. pendeñ bullatas: & omnimoda ſuſpicione carentes: vna cum earundem litterarũ Appoſtolicarum publicatiõe & affixiõe a tergo per tres prefati Sanctiſſimi domini noſtri Pape Curſores in locis in dictis litteris Apoſtolicis deſignatis: debite executioni demandatas. Quarum quidem tenor ſequitur: & eſt talis.

92-2.

Bulla intimationis generalis Cõcilij apud Lateranũ per .S.D.N. Julium Papam ſecundum edita.

In nomine Dñi Amen. Nouerint vniuerſi ⁊ ſinguli hoc preſens publicum Tranſumptum inſpecturi q̄ nos HJERONYMVS de Ghinucciis Canonicus Seneñ. V. Ju. Doc. Curie cauſarũ Camere Apo. generalis Auditor: habuimus vidimus ⁊ diligenter inſpeximus litteras Aplicas Sanctiſſimi in xp̄o patris ⁊ domini noſtri domini Julij diuina prouidentia Pape Secundi infraſcripti tenoris eius vera. Bulla plumbea cum cordulis ſericeis rubei croceiq̄ coloris more Ro. Cu. pendeñ bullatas: ⁊ omnimoda ſuſpicione carentes: vna cum earundem litterarũ Appoſtolicaꝝ publicatiõe ⁊ affixiõe a tergo per tres prefati Sãctiſſimi domini noſtri Pape Curſores in locis in dictis litteris Apoſtolicis deſignatis: debite executioni demandatas. Quarum quidem tenor ſequitur: ⁊ eſt talis.

IUlius Epūs ſeruus ſeruoꝝ Dei ad futurā rei memoriā. Sacroſancte Ro. Ec. Martyrum ſanguine conſecrate magiſtre fidei vitatis alūne oīuꝫ erroꝝ expertis vnice ꝛ immaculate diuina inſtitutione ſanctoꝝ auctoritatibus Cōciliorū Canonūq; oīuꝫ teſtimonio Eccleſiaruꝫ cunctaꝝ primatū tenentis fideliū matris regimini ſupna diſpoſitione pſidentes circa religionis xpiane puritatē ipiuſq; vnitatē pacē ꝛ tranqllitatē: que in coniuntione mēbroꝝ ad vnū caput xpm videlicet: cuius vices in terris gerimus: principaliter tēdit diuiſionē ouilis nobis ex alta comiſſi in illoq; Sciſma per qḋ Eccleſia ſcindi ꝛ ſcandalizari. Grexq; dñicus nobis creditus turbari quoquomō poſſit quantū cū deo poſſumus probibentes: ac dāna ꝛ ſcandala: que exinde euenire poſſent eneruantes: ac palmites futuros infructuoſos ſuccindere: ꝛ quoſcūq; aliter ꝙ per oſtium ad ouile ingredi cupiētes: ac a via dñi poſtq̄ illā ſemel cognouerant retrocedentes ad ſemitam veritatis reducere: Vulpeculaſq; ex vinea eiuſdē dñi per miniſteriū ſummi aplatus etiā expellere deſiderantes: de oportune pūſionis remedio puidem⁹ aliaq; ordinamus ꝛ mādamus pro vt cōſpicimus in dño ſalubriter expedire. Sane nō ſine graui animi noſtri moleſtia percepimus ꝙ quidā ſ. ncte Romañ. Eccleſie Cardinales: qui nobiſcū dū verſus Ciuitatē noſtrā Bononieñ. pro recuperatione nōnullaꝝ terraꝝ ſancte Romane Eccleſie: etiā vnacū noſtra Curia pſonaliter accederemus pro recupandis terris hmōi venire ſimulauerant ex nr̄a licētia ab Urbe recedētes: Florentiā diuerterūt ibiq; ſe cōtinuerūt: etiā poſtq̄ nos eos p dilectūfiliū noſtrū Frāciſcum tituli ſancti Clementis preſbiterū Cardinalē: tunc in minoribus conſtitutū Epiſcopū Concordieñ. Datariūnoſtrū: ac p litteras noſtas ad nos tunc Bononie exiſtentes vocari fecerāmus Licet ſe vēturos obtuliſſent: Nihilominus Satore ziʒanie ſeminante: p quem moꝝ ſubuerſio in Clero ꝛ populo frequēter obrepit: tanꝗ mēbra inſana ſine cauſa legitima a ſuo capite recedentes: armis ſatellitibuſq; ſtipati: immo i ſe ipſis armis aſſumptis: ꝛ pro ſacerdotalibus veſtibus Thoracē induti: ꝛ gladijs armati Papiā ſe contulerunt. Que cū perueniſſent: ſtimulo conſcientie vt credimus agitati: per ſuos nuncios: perq; regioꝝ Oratoꝝ interceſſiones reditū ad nos poſtularūt: ꝛ pro deſcētiōis venia ſupplicarunt: quam benigne obtulimus. Sed ipſi: qui nobis ex officio tanꝗ Conſultores aſſiſtere: neq; ſine licencia a nobis ꝛ noſtra Curia veluti noſtri corporis membra abeſſe debuiſſent auſi tamen ſunt os in celum ad ſpiritum plaſhemie: ꝛ cum Lucifero ſedem ad Aquilonem ponere: altitudinem nubium tranſcendere: vt ſe ſimiles altiſſimo conſtituant: pontificalem auctoritatem noſtram ſibi ipſis aſcribere ſatagentes conuenientes vt Locuſte Acephali aggreſſi ſunt ſine Romani pōtificis auctoritate Ecomenicum generale atq; vniuerſale Conciliū conuocare: Locū concilij ꝛ tp̄s indicere: ꝛ valuis eccleſia ac alijs publicis locis per publica inſtrumēta etiā falſa inditionē hmōi affigere ꝛ publicare: eiſdēq; inſtumentis falſis publice atq; impudenter vti: quoſdā ſancte Ro. Eccleſie Cardinales ſui ppoſiti ſocios in eoꝝ pretenſo edicto falſo declarando: qui tamen ꝛ publicis ꝛ priuatis ſcripturis eoꝝ proprijs manibus ſcriptis ſe illis in hmōi ppoſito neq; verbo neq; ſcripto vnq̄ iuxiſſe ſeu quomodolibet conſenſiſſe proteſtati ſunt: Noſq; ac venerabiles fratres noſtros eiuſdem ſancte Ro. Eccleſie Cardinales: ac alios tūc expreſſos vocare ꝛ requirere vt per nos vel alios ad hmōi eoꝝ Conciliū accedere vellemus non formidarunt: aſſerentes decennium poſt vltimum vniuerſale Conciliū etiam cōtra conſtitutionē Cōcilij Conſtantieñ. que incipit Frequens iam dudum effluxiſſe ꝛ nos illud conuocare negleriſſe: maxime cum iurauiſſemus ꝛ voniſſemus illud poſt Biennium a creatione noſtra tenere: tempuſq; pro homine interpellare neq; credendum fore noſtra auctoritate ꝛ voluntate Conciliū futurum: ꝛ cum de grauibus criminibus notorijs durantibus Uniuerſalem eccleſias ſcandalizantibus in capite agendum fore ad Summum Pontificem Concilij congregationem non attinere: Sed ſecundo loco ad Cardinales: qui Pontifici in negligentia non adheſerunt cōuocationē Cōcilij ſpectare: ac vt hmōi eoꝝ conuocationem ꝛ conuenticulam honeſtare viderentur: eiſq; auctoritatem adijcere hoc idem fere per omnia per quoſdam aſſertos procuratores Cariſſimorum in Criſto filioꝝ noſtrorum Maximiliani Romanorum Imperatoris electi: ꝛ Ludouici Francoꝝ regis xpianiſſimi principū ſub eiſdem daꝫ modo ꝛ forma ꝛ ſimilibus cedulis preter tamen voluntatem ꝛ mentem dictoꝝ Principum: vt rationabiliter credi debet: fieri ꝛ publicari pcurauerunt ꝛ ordinauerunt: Sed hec

vt falſa ficta cõmentitiaq; ſunt ⁊ nõ ex zelo caritatis ⁊ religionis
ſed odiũ fomite ⁊ inimicitie ꝓcedentia: ita oĩbus principib⁹ nec
non xp̃ifidelibus cupimus nota fieri. Quis enim tanti erroris par
ticeps eſt: qui nos de negligentia erga cõuocationẽ Concilij re
darguere poſſit: cũ nihil nobis per vltimos vndecim annos qui
bus Cardinalatus officio functi ſumus magis cordi fuerit q̃ ce
lebrare videndi generale Conciliũ ⁊ Eccleſie Romanã ſtatũ in
melius reformari. Quid enim felicis recordationis Alexandro
ſexto Romanõ Pontifici p̃deceſſori noſtro magis nos odioſos
fecit: niſi ſtudiũ ⁊ cura generalis Concilij celebrãdi. Quid nos
terra mariq; iactauit: cũ nobis idẽ Alexander p̃deceſſor eſſet
infenſus. Quid totiens alpes traſcendere trãſalpinas Gallias
peragrare per eſtus niues ⁊ glacies cõpulit: niſiq; nitebamur vt
a Romanõ Pontifice Conciliũ indiceretur cõuocaretur ⁊ cele
braretur. Nota recenſemus: ⁊ principib⁹ xp̃ianis apertiſſima:
immo illis ipſis: qui nos ⁊ fratrũ noſtrorum Collegiũ criminãtur
dudũ pleneq; cõperta. Quare ſi anteacte vite ratio apud prudẽ
tes de p̃nti ⁊ futuro vite rõem facit: nulla ſubeſt rõ cur p̃dicti Car
dinales: qui a nobis receſſerũt deſperẽt nos facturos: q̃d tã lon
go tempore: tã ardenter: ⁊ nõ ſine vite diſcrimine fieri deſideraui
mus ⁊ ſtuduimus. Aperiant oculos cordis: ⁊ odij obſtacula re
ſecent: ⁊ cogitent: qua voce: quibus oculis: qua facie promiſeri
mus (vt dicunt) in noſtra ad Pontificatũ aſſumptione iuraue
rimus: ⁊ vouerimus generale celebrare Concilium: qui noſtre
promiſſioni interfuerunt palpabunt nos nõ ſola voce: nõ ſimula
te: ſed in cordis ſimplici veritate id egiſſe q̃d predicant. Qd ſi ea
que diximus attendere nolunt: examinent ⁊ inſpiciant omne ſtu
diũ in Põtificatu nr̃o circa p̃miſſa. Nõne oẽs Principes xp̃ia
nos: qui ad obedientiam ex more p̃ſtandã miſerũt Oratores ad
monuimus de celebrando generali Concilio: deq; expeditione i
perfidos Turcos cõciliariter decernẽda aſſumẽda ⁊ proſequẽ
da: Nõne primo Pontificatus nr̃i toto biennio xp̃ianos Po
tentatus placare ſtuduimus: vt conciliaris animis Conciliũ ini
retur. Quid vltra facere debuimus aut potuimus ad reſtituendã
Eccleſie pacẽ q̃d omiſerimus: Nouit ipſe Cardinalis: qui edi
cti ſeu indictionis hmõi: ⁊ contentorum in ea ſe Aurigam profitetur
⁊ clauiũ moderatorẽ predicat: quid a nobis habuerit in manda
tis: cũ ad Romanõ Imperatorem electũ per vniuerſam Germa

niam illũ noſtrũ ⁊ ſancte ſedis Ap̃lice Legatũ miſimus: cõmu
nicet illa fratribus ſuis: qui cũ illo ſentire videntur. Proferat mo
nita in ſcriptis illi tradita: Certo certius: ⁊ luce meridiana clari⁹
erit hanc indictionis deſperationẽ de celebrando a nobis Cõci
lio neduũ leuẽ ⁊ inanẽ: ſed falſam irrationabilẽ impoſſibilẽq; fuiſſe.
Nulla noſtra culpa: neq; ſancte Ro. Ec. Cardinaliũ dilata eſt
generalis Concilij indicio cõuocatio ⁊ celebratio. Diſtulit hec
infelicitas temporũ: que ſub eodẽ Alexãdro p̃deceſſore vexare
cepit Italiam: ⁊ adhuc vexare nõ ceſſat: Et inſtans neceſſitas
recuperandi terras ⁊ iura eiuſdem Ro. Ecc. Nam propoſitum
noſtrũ ſemper ad Concilij celebrationẽ promptiſſimũ atq; intẽ
tiſſimum fuit. Quare ſp̃m diffidentie deponant: ⁊ ita hmõi calũ
nie auctores reuerſi ad cor: mordere deſinant paſtorem ⁊ patrẽ
aïaꝝ ſuaꝝ. Deſinãt et calumniari fratres ſuos eiuſdẽ Ro. Ec.
Cardinales: quod ſi tam ardenter illis cordi eſt: ſe caput ⁊ au
ctores generalis Concilij cõſtituere: quid ad hanc rẽ facto op⁹
ſit prius diſcant: reuoluãt ſauctorum patrũ ⁊ Romanorum vitas
Pontificũ: ⁊ antiquũ morẽ indicendi ⁊ conuocandi ⁊ celebrã
di Concilium: traditiones ⁊ leges ſuper his editas a patribus
inſpiciant: videbunt hmõi Cõcilia a ſolis Romanõ Põtificibus
eſſe indicta: ⁊ aliter indicta rara nõ fuiſſe. Quod vero attinet ad
conſtitutionẽ Concilij Cõſtantieñ. que incipit: Freqẽs hmõi:
ea ad Octuaginta annos ſeruata nõ fuit: ⁊ ſi ſeruata fuiſſet: teſte
pie memorie Eugenio. Pa. iiij. etiam p̃deceſſore noſtro: ac ſa
crorum Canonũ ſanctionibus: ex cauſis p̃dictis eam licuit nobis
tranſgredi: ⁊ q̃d fortius eſt: ſtante legitimo impedimento de quo
ſupra: eam locũ non habere certo certius eſt. Uotum aũt ⁊ iura
mentum: q̃d ex p̃dictis cauſis de iure nobis tranſgredi licuiſſet:
trãſgreſſi non ſumus: quũquidẽ legitimo impedimento detenti:
nõ potuimus obſeruare. Et q2 votũ ⁊ iuramentũ quantũ ad hãc
materiã attinet: in foro conſcientie verſant: de equitate Canoni
ca purgatio more ſemper admittitur. Deſinãt nobis ⁊ fratribus
noſtris ſancte Ro. Eccle. Cardinalibus negligentiã impingere
que vt p̃mittitur nulla fuit: ⁊ ſi qua fuiſſet ipſis cum Alexandro
p̃deceſſore prefato: ⁊ nobiſcũ manentibus multo magis imputa
ri poſſet. [illegible]uod aũt docentes (iuxta Prophetam) linguas ſuas
loqui mendaciũ: ⁊ contra diuinũ preceptũ aduerſus Principem
populi ſui maledicentes: confingunt in nos crimina: ⁊ ea quidem

(vt aſſerũt) durantia grauiſſima noto: ſcãdalizantiaq̄ vniuer
ſalē Eccleſiā. Dicuntq̄ ꝑꝓea negligentibus aliis ſancte Ro. ec.
Cardinalibꝰ: ad eos deuolutā Cōcilij cōgregãdi facultatē. Nō
miramur (qm̄ teſte Hieronymo: ſciſmatici cū dubitant cās ſuas
dãnari in cõtumelias proſiliunt) dicant p̄dicti: nomine tm̄ Car
dinales: Dathan ⁊ Abyron: Archaelq̄ ⁊ Dioſchoꝝ repſen
tantes: tenebraꝝ filii: nunquid ſūmo Pontifici ſpectet ⁊ pertine
at congregare Conciliū: etiã ſi de ſua cã agatur? Legãt vltra an
tiquos: geſta Conſtantieñ. Conciliū: in quibus ſe potiſſimū fun
dant: vt ex eis tanq̄ Iudei ex ꝓpriis codicibus cōfundant: rep
perient Ioannē Pa. xxiij. de cuius potiſſimū cã agebatur Con
cilium Conſtantieñ. hm̄oi indixiſſe. Cū ergo Conciliū p̄dictū cō
gregare parati ſumꝰ: ſatis cõſtat doloſas eoꝝ linguas loquutas
fuiſſe mendatiū. Sed ſi hec omnia ceſſarēt: ſtãtibus impedimētis
p̄dictis: in qua negligentia dici poſſunt eſſe fratres nři ſãcte Ro.
Eccleſie Cardinales hm̄oi nō requiſiti ad Conciliū congregã
dum: ita vt ad pauciſſimos Ro. Pontifici eoꝝ culpa ambitiōeq̄
infenſos Sciſmatico: ac extra domū dei poſitos potuerit ptãs
vniuerſalis Eccleſie deuolui: immo potius ab eis vſurpari. Adij
ciamus ergo nunc hm̄oi ptãtis abuſum oſtēdere. Trium menſium
⁊ Quatuordecim dieꝝ ab eis tps in ſuo (vt volunt) edicto: ſeu
cōuocatione aſſignatū ad Ecomenicū Conciliū congregandū
hoc tã breui tp̄is ſpacio poterit natiōibus xp̄ianis a Mediolano
remotiſſimis legitime innotuiſſe: poterunt ne ſi innotuiſſet in ter
mino Dioceſanas ⁊ Metropolitanas Sinodos conuocare ce
lebrare ⁊ perficere: poterunt ne qui venturi decernerent ad tãtū
iter neceſſaria cōquiſiuiſſe: poterunt principes accedere volētes
populis ſibi ſubditis: ⁊ ſtatus ſui ſecuritati bene cōſuluiſſe: pote
runt quos mittere decreuerint procuratores aut Oratores ple
ne informatos mittere: vix Curſor expeditus Triū menſiū ⁊ ſe
mis ſpatio ire ⁊ redire poſſet ſine Sarcinis. Unde ⁊ quo ipſi gra
ues viros ⁊ multa ſecū impedimenta trahētes: ſine quibus vēi
re nō poſſunt: putãt immo decernunt accedere poſſe ⁊ opere.
Quare ſi nihil aliud indictionē Conciliū: quã atemptarūt in tp̄e
prefixo accedendi impoſſibilitas ipſa penitus eneruat: ſed poſſi
bile fuerit ⁊ aliqua rōe decretū: hoc ip̄m Concilij tēpus: loci rō
indictionē ipſam nullã facit. Locus Cōcilij cōmodus eſſe debet
⁊ tutus. Qui ignorat (quod dolenter dicimus) vrbem Piſas

prope Quatuordecim continuos annos obſeſſã duriſſime fuiſſe
⁊ ad eam deſolationē bello redactã: vt rariſſime domus integris
parietibus in illo cōſiſtant: ⁊ fere nulle ſunt: que cōtignationibꝰ
⁊ ſolariis muniantur: habitarent ne ibi ſancte Ro. eccleſie Car
dinales: Patriarche: Archiepiſcopi: Epiſcopi: Abbates: Prin
cipes ſeculares: vel Oratores eoꝝ Cōſtãtiũ itē Nuncii? habita
rent ne doctores celeberrimi tã diuini iuris q̄ hūani ruinoſas do
mos Ciuitatē q̄ penitus deſolatã: ꝑ celebrando Ecomenico cō
cilio? Nunq̄ talibus in locis ſcriptū eſt Concilium gñale fuiſſe
celebratū. Reuoluãt oēs Cōcilioꝝ Ecomenicoꝝ hiſtorie: appa
rebit p̄ribus nřis ſanctis ſane ⁊ prudētibus viris pro celebrãdo
Concilio ãte oia cordi fuiſſe eligere Ciuitatē amplã edificiisq̄ ac
cōmodatã ſalubris aeris fertilis ſoli cōuehēdis cōmeatibus faci
lem: Que oia ſi Piſis adeſſe quiſpiã affirmauerit: ruine Ciuita
tis edificioꝝ. rudera villaꝝ ⁊ vineaꝝ euerſiones redarguant ſic
dicētem. Hec tñ ſi Piſis eſſent integra: vt nō ſunt: nec affirmari
poſſunt ſine impudentia: qūo eſt ad Piſas tutus acceſſus: vel in
ea manſio: cū ois Tuſcia arma nūc tractet: ⁊ nos pro paſtorali
q̄d gerimus officio nil magis premat q̄ Florentinos ⁊ Senen
ſes: inter quos fremit bellū: ne ſe armis inuicem impetant cōtine
re. Fidē de re hac facere pñt pleriq̄ xp̄iani principes a nobis ſe
pius ⁊ inſtantius requiſiti: ſuã per lr̄as ⁊ nūcios auctōeꝫ ⁊ gra
tiam interponere: vt ſi inter ſe hij populi pacē habere noluerint:
per inducias ſaltē ab armis abſtineant. Igitur cū ex p̄miſſis ⁊ ali
is etiã notiſſimis cauſis: acceſſus ad Piſas vel ibi mãſio ſecura
habenda veriſimiliter credi nō poſſit: cū Ciuitas ipſa deſolatiōe
habitationibus pro Concilio nō ſit fulta: cū ager vaſtitate ſit de
ſolatꝰ: cū tp̄s in edicto ſeu indictione p̄ſcriptum ſufficere non poſſit
⁊ terminus aſſignatus ab illis tp̄i ꝓ generali Cōcilio celebrãdo
dari ſolito nō reſpondeat: cū inſuper Indicētes nulla ſint aucto
ritate ſuffulti: ⁊ ſi quã habere poſſent: illa vt decuit ⁊ fieri opor
tuit immo debuit nō ſint vſi: cū edictū ipſum ſeu cōuocatio de fal
ſitate ſe conuincat. Nos conſiderantes quanta cū difficultate ⁊
tp̄is diuturnitate p̄deceſſores nři p̄fati in eoꝝ Cōciliis celebrãdis
priſcas hereſes ⁊ ſciſmata ēt aliqñ Imꝑiali maieſtate adiuuãte ſu
ſtulerūt: q̄ dēq̄ illa in totū extinguere nequerūt: cū eaꝝ aliq̄ (q̄d do
lētes referimꝰ) vſq̄ ad hodiernū diē i ſua ꝑtinatia ꝑdurent: q̄q̄
calamitoſa fuerūt p̄latis ⁊ oibꝰ xp̄ifidelibꝰ ſciſmatū tp̄a: ſup̄dicta
ois toq̄ ꝑniciosiſſima ſciſmatū atq̄ erroꝝ [illegible]einaria: q̄ aliq̄diu cōm

nentibus oculis tolerauimus: expectātes eoꝝ ad cor reuerſiōē
ob xp̄i caritatē zeluꝫ domus ſue diſſimulare vlterius nō valem⁹
timētes nobis īproperari illud Jeremie: Nō aſcēdiſtis ex aduer
ſo· necꝫ oppoſuiſtis vos murū ꝓ domo Iſrael· Verentes etiā ne
figmenta erroresꝗ xp̄ifideliū minus eruditoꝝ mētes aliquo inſi
delitatis laqueo inuoluant: apud quos ſepe vt inquit Origenes
in cantica: Pulchriora videntur mēdacioꝝ ſophiſmata: ꝙ docu
mēta veritatis. Et ne error: cui nō reſiſtit approbari videat: ⁊ ve
ritas deiꝗ cā: ⁊ iura indefenſa opprimant: habita ſuper his cū ve
nerabilibus fratribus noſtris eiuſdē ſancte Ro· Ecc· Cardinali
bus matura deliberatiōe: de eorundē Cardinaliū cōſilio: ⁊ vna
nimi cōſenſu: ac de ap̄lice p̄tātis plenitudinē p̄dictas indictiōes
conuocationē ⁊ publicationē aſſertas ſciſmatice cōenticule ſina
goge Sathana ⁊ eccleſie malignantiū ꝑ Dathan ⁊ Abyron au
ctores ſciſmatū: eoꝝꝗ ſocios ⁊ alias ſupradictas ꝓcuratorio no
mine dictoꝝ cariſſimoꝝ filioꝝ noſtroꝝ Maximiliani Imperato
ris Romanoꝝ electi: ⁊ Ludouici Francoꝝ regis xp̄ianiſſimi il
luſtriū principū factas indictas ⁊ publicatas: oīaꝗ ⁊ ſingula in
eis ⁊ qualibet eaꝝ cōtenta ⁊ inde ſecuta quecūꝗ: quoꝝ tenores
ac ſi de verbo ad verbū p̄ntibus infererent̄ ꝓ ſufficienter expꝛ̄ſſis
⁊ inſertis haberi volumus tanꝗ a nō habentibus facultatem ⁊
ex minus legitimis cauſis ac incōgruis terminis ⁊ loco nulla ir
rita ⁊ inania nō legitime ad ſcindendū ⁊ ſcandalizandū vniuerſa
lis Eccl'ie vnitatē facta: nec cancerosus morb⁹ inualeſcebat re ꝓ
bamus reuocamus caſſamus irritam⁹ ⁊ anullamus: reuocataꝗ
irrita caſſa repꝛobata ⁊ anullata haberi volum⁹: ac ꝓ vt ſunt nul
lius roboris vel momēti fuiſſe ⁊ eſſe decernimus ⁊ declaramus
diſtrictus ſub excōis anathematis ⁊ maledictiōis eterne: a coi
gnitatū ⁊ bñficioꝝ eccl'iaſticoꝝ quoꝝcūꝗ ſeculariū vl' regulariū
tendoꝝ indultoꝝ priuilegioꝝ cōceſſionū facultatū ⁊ gratiaꝝ pri
uacionū ipſo facto infamie ⁊ aliis in vniuerſalē eccl'iam ſcādaliza
tes: ⁊ ſciſma in ea diſcordiāꝗ ſuſcitātes: eisꝗ cōſiliū auxiliū vel
fauorē p̄ſtantes tā iure ꝙ aliis ꝓmulgatis ⁊ indictis penis inhi
bemus: Necnō eiſdē Cardinalibus: q a nobis receſſerūt vt pre
fertur: ac oībus ⁊ ſingulis cuiuſcūꝗ dignitatis ſtatus gradus or
dinis q̄litatis cōditionis p̄eminētie auctoritatis ⁊ nobilitatis exi
ſtentibus: ⁊ q̄cunꝗ eccl'iaſtica etiā Cardinalatus Patriarchali
Primitiali Archiep̄ali Ep̄ali Abbatiali: ſeu ſeculari Regali Re
ginali ac etiā Imperiali ⁊ aliis dignitatibus ⁊ p̄eminētiis fulgen
tibus: ⁊ quos ab oī vinculo iuramēti cōuentiōis obligationis ac
pꝛomiſſiōis ꝑ eos forſan factaꝝ ꝓpterea abſoluimus ⁊ liberamus:
ac abſolutos ⁊ liberatos fore nunciamus: ne indictionibus pub
licationibus ⁊ cōuocatiōibus p̄dictis: oibusꝗ aliis ⁊ ſingulis vel
eoꝝ aliquo ꝑ reprobos aut alios p̄fatos vel eoꝝ aliquē vt p̄fert̄
factis: directe vel indirecte: tacite vel expꝛ̄ſſe: ſeu quouis q̄ſito co
lore adhereant accedāt interſint obediant aſſiſtāt conſiliū auxiliū
vel fauorē p̄ſtent aut q̄molibet intendāt: vt peſſima ſecta ſuis er
roribus cōfuſa tanꝗ nebula diſſoluant̄ etiā inhibemus. Oiaꝗ ⁊
ſingula Ciuitates Terras ⁊ loca quecūꝗ: ad que p̄uerſi Cōci
lia: ſeu potius cōciliabula: ſciſmaticas cōuenticulas Sinagogas
ac Eccleſias malignantiū hmōi indicentes: ⁊ eis adherētes obe
dientiā conſiliū auxiliū vel fauorē aliquē vt p̄fert̄ p̄ſtantes: ⁊ coꝝ
quēlibet declinare cōtigerit: ⁊ in q̄bus Cōcilia: ſeu Cōciliabula:
aut Eccleſias malignantiū hmōi celebrari vel adunari ⁊ cōgrega
ri cōtigerit: Eccl'iaſtico ſubiicimus Interdicto. Et nihilomin⁹ bo
nam intentionē noſtrā exequi volētes: vt antique Hereſes: que
in diuerſis xp̄ianoꝝ partibus nōdū extincte ſunt: ⁊ peſſimū noui
ter pullulās Sciſma extinguant̄: reformatioꝗ moꝝ tā eccleſiaſti
coꝝ ꝙ ſeculariū ꝑſonaꝝ: que de iure vel cōſuetudine reformatio
ni vel determinatiōi Cōcilii ſubiiciūtur belloꝝꝗ iminentiū ſeda
tioni cōſulat̄ vnicuiꝗ quod ſuū eſt reddat̄ iuſtitia ⁊ pax ſe inuicē
oſculent̄: xp̄iꝗ fideles in pace ⁊ vnitate in dei noīe nō ex paſſio
nū priuataꝝ fomite: q̄ vt ex geſtis diuerſoꝝ Cōcilioꝝ appet: peſſi
mos effectus parere cōſueuit: cōgregati ad faciendū expeditio
nem cōtra infideles iā regnū Sicilie infeſtātes: meliora ac nobi
liora loca xp̄ianoꝝ occupātes p̄ſertim Ieruſalē matrē nr̄am anti
quam: ⁊ ex antiqua xp̄ianoꝝ negligētia deperditā: facilius ⁊ ꝓm
tius intendāt. In noīe ſancte ⁊ indiuidue Trinitatis Patris ⁊ fi
lii ⁊ Sp̄us ſancti auc̄te oīpotentis dei ac btōꝝ Petri ⁊ Pauli
ap̄loꝝ eius: qua in terris fungimur: de ſimili eorundē fratrū conſi
lio ⁊ aſſenſu: Ecomenicū vniuerſale ac gn̄le Conciliū in alma
vrbe nr̄a cōi oīū p̄ſla loco aptiſſimo ⁊ tutiſſimo apud Lateranū
vbi plurima Cōcilia ꝑ antiquos ⁊ patres noſtros habita fuerūt
⁊ altiſſimus Petri ſedem collocari voluit: litteratoꝝꝗ ⁊ perito
rum numerus copioſus habet̄ poſt feſtū Reſurrectiōis dn̄i noſtri
Ieſu xp̄i proxime futurū inchoandum; Anno domini. M. v. xii.

Die Lune·xviij· mēſis Aprilis:q̄ erit feria·ij·poſt octauā eiuſ-
dem Reſurrectionis celebrandū: ⁊ vt ſequit̄ auctore dn̄o finien
dū nunciamus cōuocamus ſtatuimus indicimus ⁊ ordinamus:lꝫ
nos nō lateat hanc nouē menſiū ꝓfixionē ꝓ ſacro Cōcilio gn̄ali
celebrādo ex tot lōginquis mūdi ꝑtibus vēturis fortaſſis nō ſuf-
ficere: ⁊ de breuitate notari poſſe ad tantā rē peragendā:ꝓ̄ſertim
cū a ſanctis pr̄ibus Ro· Pont· p̄deceſſoribus nr̄is aſſignato tp̄i
ad ſimilia gn̄alia Cōcilia cōgregāda nō rn̄deat q nūc̄ꝫ minus q̄ꝫ
Annū ad hoc inchoandū aſſignaſſe reperiunt̄· Sꝫ q2 ad xp̄ianiſ
ſimū Regē p̄dictū·⁊ quoſdā alios Principes de inchoādo gn̄a
li Cōcilio in tp̄e p̄ntibus inſerto:lr̄as dedimus·Et inſuꝑ ne vo
lentibus nos ⁊ Venerabiles frēs nr̄os eiuſdē ſctē Ro·Ec· Car
dinales calūniari anſaꝫ daremus ſi lōgius tp̄s ſtatuiſſemus: Vi
ſum eſt nobis hūc terminū aſſignare: Inſuꝑ p̄fatis ⁊ alijs Vn̄a-
bilibus frib9 Patriarchis Archiep̄is Ep̄is monaſterioꝝ Ab
batibus ⁊ p̄latis:ꝓ̄ſertim ſub vinculo iuramēti:ad viſitandū certꝭ
tp̄ibus limina ap̄loꝝ Petri ⁊ Pauli:ēt tp̄e ſue ꝓmotiōis aſtri-
ctis ⁊ obligatis· Nō obſtātibus q̄buſuis cōceſſiōib9 priuilegijs ⁊
indultis eis eoꝝq̄ꝫ eccl̄iis monaſterijs ⁊ bn̄ficijs ꝑ dictos p̄deceſſo
res nr̄os aut nos cōceſſis cōfirmatis ⁊ innouatis: q̄ pro exp̄ſſis
hn̄tes:ex certa ſcia ⁊ plenitudine ꝑmiſſis caſſamus irritamus ⁊
aunullamus· Oibuſq̄ꝫ alijs eccl̄iaſticis vel ſecularibus·ēt Regi
bus ⁊ principibus:ceteriſq̄ꝫ ꝑſonis·q̄ de iure vel cōſuetudine i
cōgregatiōibus gn̄aliū Cōcilioꝝ ſolēt interuenire:ceſſante legiti
mo impedimēto:de quo legitime docere teneātur:ꝑ ſe:vel alios
idoneos Nuncios ꝓcuratores vel Oratores legitima mādata
hn̄tes· ſub excōis:alijſq̄ꝫ de iure vel cōſuetudine aut al's nō acce
dentibus ad xcale Conciliū indictū penis mādamus:vt ad ip̄m
Cōciliū Lateranen·accedere ⁊ vſq̄ꝫ ad dicti Cōcilij cōcluſionē
⁊ diſſolutionē ꝑ nos vel auc̄te nr̄a fiendā in dicta Vrbe morari
debeāt· Necnō cariſſimos in xp̄o nr̄os ⁊ eiuſdē Ro· Ecc· filios
Maximilianū Ro· Imꝑatorē electū p̄dictū; ceteroſq̄ꝫ xp̄ianoꝝ
Reges Illuſtres Duces Marchiones Comites ⁊ alios No-
biles in virtute ſancte obediētie rogamus hortamur ⁊ monem9:
vt opē ⁊ operā ad hibeāt efficaces q oēs ⁊ ſingule tā eccl̄iaſtice
q̄ꝫ ſeculares ꝑſone in eoꝝ Regnis Ducatibus ⁊ dominijs conſi
ſtentes:q̄ in gn̄alibus Cōcilijs de iure vel cōſuetudine intereſſe
conſueuerūt·ad Cōciliū Lateranen̄ hmōi ceſſante impedimen

to p̄dicto accedāt:poſtpoſitis odijs:cōciliatis animis ⁊ ſp̄u ſctō:
nō aūt paſſionibus repleti:veraq̄ꝫ domū dei faciētes: ⁊ his q̄ ad
dei laudē Eccl̄ie exaltationē vnitatē ⁊ reformationē· Sciſmatū
vero ⁊ hereſū totalē extirpationē:fideliūq̄ꝫ p̄dictoꝝ pacē ⁊ ſalu-
tem cōcernunt:caritate muniti intendāt·Et ne ad tantū laudabi
le ⁊ neceſſariū opus accedere debētes aliq̄bus de cauſis ſeu fig-
mentis ab acceſſu ad dictū Conciliū Lateranen̄: quomodolibꝫ
retrahant̄· Oibus ⁊ ſingulis in cōgregatiōibus Cōcilioꝝ gn̄aliū
adeſſe ſolitis: ⁊ ad dictū Conciliū Lateranen̄·veniētib9: eoꝝq̄ꝫ
ſeruitoribus ⁊ familiaribus:cuiuſcūq̄ꝫ ſtatus gradus ordinis con
ditiōis vel nobilitatis exiſtētibus:eccl̄iaſticis ⁊ ſecularibus ꝓ ſe
⁊ bonis eoꝝ q̄buſcūq̄ꝫ ꝑ ciuitates terras ⁊ loca terreſtria ⁊ mari
tima dicte Romanē eccl̄ie ſubiecta ad Cōciliū Lateranen̄ ad vr
bem hmōi veniēdi ⁊ in ea morādi ⁊ libere cōſulēdi· ⁊ ab ea quo-
ciens videbit̄ recedēdi:etiā poſt·iiij·menſes poſt dicti Concilij
Lateranen̄ cōcluſionē ⁊ diſſolutionē liberū tutū ⁊ ſecurū Saluuꝫ
cōductū:ac plenā ⁊ oimodā ſecuritatē de cōſilio ⁊ ꝑtāte ꝑmiſſis
damus ⁊ cōcedimus:alioſq̄ꝫ ſaluoſcōductus ⁊ ſecuritates hr̄e cu
pientibus dare pollicemur:eoſq̄ꝫ benigne ⁊ caritatiue tractabim9
⁊ ſuſcipiemus· Mādantes ſub indignationis nr̄e ⁊ alijs arbitrio
nr̄o infligēdis penis: oibus ⁊ ſingulis gētibus nr̄is Armigeris
equeſtribus ⁊ pedeſtribus:ac Arciū noſtraꝝ Caſtellanis:ciuita
tum terraꝝq̄ꝫ ⁊ locoꝝ dicte Ro·Ecc·ſubiectoꝝ Legatis Guber
natoribus Rectoribus Locotenentibus Poteſtatibus Officia
libus ⁊ Vaſallis; vt nō obſtātibus q̄buſuis Cōſtitutiōibus ⁊ or
dinationibus ap̄licis:legib9 imꝑialibus:ſtatutis quoq̄ꝫ ⁊ conſue
tudinibus municipalibus ēt iuramēto·cōfirmatiōe apoſtolica aut
quauis alia firmitate roboratis:q̄ ſaluoconductui ⁊ ſecuritati ꝑ-
miſſis in aliquo derogare:ſeu illos q̄ūolibet impedire poſſent:ēt
ſi talia forēt de q̄bus ſpecialis ſpecifica exp̄ſſa ⁊ indiuidua: nō āt
ꝑ gn̄ales clauſulas id importantes mētio ſeu queuis alia exp̄ſſio
habenda foret:illoꝝ oium tenores p̄ntibus ac ſi de verbo ad ver
bum infererent̄ ꝓ exp̄ſſis habentes: Veniētes ad Cōciliū Late
ranen̄ hmōi libere tute ⁊ ſecure trāſire morari ⁊ recedere ꝑmittāt
⁊ ꝑmitti faciāt:ne tm̄ taleq̄ꝫ laudabile ⁊ neceſſariū Conciliū La
teranen̄ diſtrahat̄: ⁊ vt ad illud veniētes tute ⁊ in pacis tranqlli
tate viuere dicere ⁊ expedire valeāt:que oipotētis Dei honorē
cōcernēt:totiuſq̄ꝫ eccl̄ie ſctē ſtatū· Decernētes nihilominus irri-

tum ⁊ inane: qcquid cõtra indictionẽ Cõcilij Lateraneñ. ꝑ nos indictã hm̃oi: ſeu ad impedimentũ p̄iudiciũ aut dilationẽ eiuſdẽ ꝑ ſciſmaticã cõuenticulã ⁊ Eccliam malignantiũ predictas: ſeu quẽuis aliũ quauis aucte quouis ingenio aut queſito colore ſciẽter vel ignorãter cõtigerit attẽptari. Inſuper vt p̄miſſa oia ⁊ ſingula ad oĩum ad quos ſpectat notitiã ⁊ cognitionẽ deueniãt: oiumq; que in p̄ntibus lr̃is cõtinenť certa ⁊ indubitata notitia habeatur: nulluſq; premiſſoꝝ ignorantiã iuſte p̄tendere poſſit: nec ſe legitime excuſare: cũ ẽt ad intimandũ aliquibus ꝑſonaliter in p̄ntibus lr̃is cõprehẽſis: tutus nõ pateat acceſſus: Volumus ⁊ decernimus p̄ntes lr̃as nr̃as ꝑ aliquos Curienſe Curſores vel Notarios publicos in Baſilica principis aploꝝ ⁊ eccl̃ia Lateraneñ. hora diuinoꝝ dũ ibi multitudo ppli ad diuina audiendũ cõuenire ⁊ cõgregari cõſueuit: publice ac alta ⁊ intelligibili voce legi ⁊ publicari: ⁊ dictaꝝ eccliaꝝ portis ſiue valuis: ⁊ in acie Cãpiflore: ⁊ Cancellarie aplice affigi: ⁊ ibidẽ ꝑ aliqđ tpis ſpaciũ dimitti d̃re: vt ad ſinguloꝝ notitiã publicãq; notionẽ deuenire poſſit. Tranſũptiſq; illaꝝ manu publicoꝝ Notarioꝝ factis vel ſubſcriptis: Sigilloq; alicuius Prelatis munitis fidẽ indubiã adhiberi. Ac quoſq; ⁊ ſingulos in illis cõprehenſos: ⁊ ad quos pertinet perinde arctari ⁊ cõſtringi ac teneri ⁊ obligari ad obſeruantiam oĩum ⁊ ſinguloꝝ in eis cõtentoꝝ: cuiuſcũq; gradus ⁊ dignitatis exiſtant eccliaſtice vel mũdane: poſt lapſũ vnius integri menſis a Data p̄ntiũ numerandi in oibus ⁊ ꝑ oia ⁊ perinde ac ſi ꝑſonaliter ⁊ in ꝓpria ꝑſona intimate fuiſſent ⁊ eis ꝑſonaliter p̄ntate: p̄ntium tenore decernimus ſtatuimus ⁊ declaramus. Nulli ergo oĩno hoĩum liceat hãc paginã noſtre reprobatiõis reuocatiõis caſſationis irritationis annullationis declaratiõis abſolutionis liberationis inhibitiõis interdicti nuntiatiõis cõuocationis ſtatuti indictionis ordinatiõis cõceſſiõis mandati volũtatis ⁊ decreti infringere: vel ei auſu temerario cõtraire. Si quis aũt hoc attẽptare preſũpſerit: indignationẽ oĩpotẽtis dei: ac btõꝝ Petri ⁊ Pauli aploꝝ eius ſe nouerit incurſurum. Datum Rome apud ſanctũ Petrum. Anno incarnationis dñice. Milleſimo quingenteſimo vndecimo: Quintodecimo Kal. Auguſti. Pontificatus noſtri Anno Octauo.

Sigiſmundus.

✠ EGO IULIUS CATHOLICE ECCLESIE EPISCOPUS SUBSCRIPSI.



✠ Ego R. Ep̃s Oſtieñ. Car. S. Geor. Camerarius ſubſcripſi
✠ Ego D. Ep̃s Portueñ. Car. ſ. Marci ſubſcripſi.
✠ Ego Ja. ep̃s Albaneñ. Car. Arboreñ. ſubſcripſi.

Cardi. Presbyteri.

✠ Ego N. Car. tituli ſancte Priſce ſubſcripſi.
✠ Ego F. Car. de Claromonte manu propria.
✠ Ego M. tituli. ſ. Marie tranſtyberim Car. Senegaleñ.
✠ Ego R. tituli. ſ. Anaſtaſie presbyter Car. Nanneteñ.
✠ Ego L. tituli. ſ. Suſanne presbyter Car. ſubſcripſi.
✠ Ego S. tituli. ſ. Praxedis presbyter Car. ſubſcripſi.
✠ Ego. ſ. tt. ſ. Petri ad vincula pbr̃ Car. Viceeane ſubſcripſi.
✠ Ego Chri. Eboraceñ. tt. ſ. Petri ⁊ Mar. pbr̃ car. ſubſcripſi.
✠ Ego Ant. tituli. ſ. Vitalis presbyter Car. ſubſcripſi.
✠ Ego P. tituli. ſ. Euſebij presbyter Car. ſubſcripſi.
✠ Ego A. tituli. ſ. Sixti presbyter Car. Bononieñ. ſubſcripſi
✠ Ego F. tituli. ſ. Clementis presbyter Car. ſubſcripſi.

Diaconi Car.

✠ Ego Jo. S. Marie in domnica Diac. Cardl. de medicis manu propria ſubſcripſi.

✠ Ego A. S. Euſtachij Diac. Car. de Farneſio manu propria ſubſcripſi.

✠ Ego. L. S. Marie in Coſmodin Diac. Car. de Aragonia manu propria ſubſcripſi.

✠ Ego M. Marie in portiu Diac. Cardl. Cornelius manu propria ſubſcripſi.

✠ Ego B. S. Hadriani Diac. Car. ſubſcripſi.

✠ Ego Alph. S. Theodori Diac. Car. petrucius ſubſcripſi.

A tergo autem ſupradictarum litterarum Apoſtolicarum infraſcripta verba erant.

Anno a Natiuitate dñi Milleſimoquingenteſimovndecimo.
Indictione Decimaquarta. Die vero Veneris Vigeſimaquin
ta menſis Julij. Pontificatus Sanctiſſimi domini noſtri Julij
diuina prouidentia Pape Secundi Anno Octauo: Retroſcri
pte littere Apoſtolice conuocationis Concilij generalis publi
cate ⁊ affixe fuerunt in valuis ſancti Jacobi Hiſpanorum de Vr
be dum celebrabantur diuina: vbi magna multitudo conuenerat
tam Curialiũ q̃ Officialium ⁊ Romanoꝝ: propter feſtum ſolen
ne: quod in eadem eccleſia celebrabatur. Eadem die in veſperis
dum celebrabantur diuina; publicata ⁊ affixa fuit in valuis prin
cipis apoſtoloꝝ de Vrbe. Die vero ſequenti Sabbati retroſcri
ptam bullam in Baſilica principis Apoſtoloꝝ de Vrbe; hora
miſſe dum celebrabãtur diuina; ⁊ multitudo copioſa aſſiſteret;
ego Petrus Mengiuar prefati. D. N. Pape. Curſor alta ⁊ in
telligibili voce coram omni populo dictam bullam de verbo ad
verbum legi: lectamqꝫ ad valuas dicte Baſilice affiximus; ⁊ per
ſpacium vnius hore affixam dimiſimus. Eadem die dictam bul
lam publicauimus: ⁊ affiximus in valuis Cancellarie apoſtolice
⁊ affixam dimiſimus durante Cancellaria. Eodem die in eccle
ſia ſancti Joannis in Lateranñ: hora veſperorum dũ celebraban
tur diuina: ego Petrus Mengiuar Sanctiſſimi domini noſtri
Pape Curſor dictam bullam alta ⁊ intelligibili voce legi: lec
tamqꝫ ad valuas dicte Eccleſie affiximus ⁊ publicauimus ⁊ per
ſpacium vnius hore affixam dimiſimus. Eadem die retroſcriptã
bullam publicauimus: ⁊ affixam dimiſimus per ſpacium duarum
horarum in acie Campi flore vt moris eſt per nos Honofrium
Baleſtarium: Petrum Mengiuar: ⁊ Joannem Bernardi pre
fati domini noſtri Pape Curſores. Et ita fidem facimus; ⁊ ma
nibus proprijs ſcripſi ⁊ ſubſcripſimus.

Ita eſt Honofrius Baleſtarij Curſor.

Petrus Mengiuar Curſor.

Ita eſt Joannes Bernardi Curſor.

Quibusquidē lr̄is aplicis diligēter inſpectis ad requiſitionem et inſtantiā Egregij uiri · U · J · Doctoris dn̄i Mariani de Cucci nis: prefati dn̄i nr̄i Pape ꝓcuratoris Fiſcalis ꝑ noſtrū Notariū publicū infraſcriptū ipſas exēplari mādauimus ⁊ tranſumi: ac in publicā formā redigi · Decernen̄ ⁊ uolētes ut huic p̄nti trāſūpto publico ſiue exēplo plena fides deinceps adhibeat vbilibet in lo cis oībus; ⁊ ſingulis; quib⁹ fuerit oportunū; ipſūq; trāſūptū fidem faciat: ⁊ illi ſtet ac ſi originales ipſe littere apparerēt · Quib⁹ oīb⁹ ⁊ ſingl'is, auctoritatē nr̄am ordinariā iterpoſui⁹ ⁊ decretū: Et ad āpliorē euidētiā p̄miſſoꝝ Sigilli nr̄i p̄ntib⁹ duximus īpreſſione cōmuniri · Datū Rome in domo habitationis nr̄e: ſub Anno a Natiuitate dn̄i Milleſimo quingēteſimoundecimo: Indictione Tertiadecima: Die uero Scd̄a mēſis Auguſti: Pōtificatus p̄fati S · d · n · Julii diuia ꝓuiden̄ · Pape Secūdi Anno Octauo